

Si liberalitatis nostre munere locis deo sacratis quiddam conferimus beneficii, id nobis ad vitam eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum solertia, qualiter nos ob nostre mercedis augmentum et pro remedio anime domini avi ac dive memorie genitoris nostri concessimus atque contulimus ad monasterium sancti Albani extra muros Maguntine civitatis constructum tres mansos arabilis terre ex fisco nostro in villa Cruciniaco in pago Nahguue, quos fidelis et vassus noster Reginbertus antea in beneficium tenuit cum omnibus ibidem adiacentiis in mancipiis terris vineis pratis pascuis silvis aquis aquarumve decursibus totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et¹ dominationem fratrum in predicto monasterio deo sanctisque iugiter famulantium tradimus atque transfundimus, ea videlicet ratione ut ab² hac die et deinceps pro nostra salute domini clementiam devotissime exorent.

L 37 (vgl. 36). Si liberalitatis nostrae munere locis deo dicatis³ quiddam conferimus beneficii — —, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum solertia⁴, qualiter — —

L 36 (vgl. 38) — nos ob nostrae mercedis augmentum et pro remedio animae domini avi ac divae memoriae genitoris nostri concessimus quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium sancti Nazarii (Lauresham quod est constructum — L 38).

(L 36 mansum de terra arabili *und* quem Adacher habuit in beneficium).

L 38 (vgl. 36) cum omnibus ibidem adiacentiis vel pertinentibus in mancipiis terris vineis pratis pascuis sylvis aquis aquarumve decursibus — — totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem — — tradimus atque transfundimus⁵, ea videlicet ratione ut ab hodierna die et deinceps — —

L 36 — — ad usus necessarios fratrum ibidem domino famulantium, ut pro nostra

1) Vor 'et' ein 'd' getilgt.

2) Vor 'ab' zwei Buchstaben 'lb' getilgt.

3) Vgl. 'loca utique sibi sacrata' in L 36 und in den gleichlautenden Arengen B.-M. 1464. 1488. 1512.

4) Ausg. der MG. beide Mal 'sollertia'.

5) L 38 'trasfundimus' blosser Druckfehler.